

# Beihet.

S. 67.

1277 Juli 7.

[22]

Bischof Everhard von Münster tauscht mit dem Stift Breden ein Erbe aus.

Nos Everhardus Dei gratia Monasteriensis episcopus recognoscimus in hiis scriptis, quod nos de maturo consilio fidelium nostrorum domum dictam Sickine et eius proprietatem cum hominibus et omnibus pertinentiis suis, sicut nobis et ecclesie Monasterensi pertinebat, donavimus seculari ecclesie Vredenensi, recipientes ab eadem ecclesia domum dictam Wisekinc et eius proprietatem cum hominibus et omnibus eiusdem pertinenciis per modum concambii ad opus ecclesie nostre pro eadem; super quo presens scriptum sigillo nostro dedimus communitum. Datum et actum anno Domini M<sup>o</sup>CC<sup>o</sup>LXX<sup>o</sup> septimo Nonas Julii.

Kopie des 14. Jhdts.; Kopian fol. 20.